



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LIII. De Regno Dei & Iudice iniquo. Luc. 17. & 18.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

546 DOCTRINA ET MIRACULA

thesauros reponere ut non credere quod magnus sit Thesaurarius Deus, & inexhaustum promptuarium bonitas eius.

4. *Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem qui regresso de agro dicat illi, statim transi, recumbe; & non dicat ei, para quod cenem, & praecepe te, & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post haec tu manducabis & bibes? nunquid gratiam habet seruo illi quia fecit quae ei imperauerat? Non puto: sic & vos, cum feceritis ¹omnia quae ²praecepta sunt vobis, dicite, ³Servi ⁴inutiles sumus, quod ⁵debuimus facere fecimus. Euthym.*

Euthym.

Vae mihi est, inquit Paulus, si Evangelium non praedicauero. Attamen cum bonus sit Deus, debitum obsequium tanquam facinus egregium suscipit, & praemium tribuit, quod labores etiam excedat. Vincit namque bonitas eius id quod iustum est & aequum.)

LIII.

De Regno Dei & Iudice iniquo.

LUC. 17. & 18.

I. *Interrogatus autem à Phariseis, quando ¹venit regnum Dei? Respondens eis dixit:*

*dixit: Non venit regnum Dei cum² obser-
uatione; neque dicent, ecce hic, aut ecce illic,
id est, ecce in Hierusalem thronus eius;
ecce ibi, aut ibi regnat in magnificentia,
quasi alter Salomon, Ecce enim regnum
Dei: intra vos est: si videlicet fidem
Christi gratiamq; amplectimini." Om-
nino enim Regnum Dei est more An-
gelorum viuere (inquit Theophyl.)
quando nihil mundanum in animabus
nostris versatur. Et ait ad Discipulos suos,
venient dies quando desiderabitis videre
unum diem filij hominis, & non videbi-
tis. Non enim semper cum ipsis visibili-
ter erat futurus. Christus.*

*2. Dicebat autem & parabolam ad il-
los, quoniam oportet¹ semper orare, & non
² deficere, dicens: Iudex quidem erat in qua-
dam ciuitate, qui Deum non³ timebat, nec
hominem reuerbatur. Vidua autem qua-
dam erat in ciuitate illa, & veniebat ad
eum dicens, Vindica me de aduersario meo,
& nolebat per multum tempus; Post haec
autem dixit intra se, Etsi Deum non timeo,
nec hominem reuereor, tamen⁴ quia mo-
lesta est mihi hac vidua, vindicabo illam,
ne in nouissimo veniens sugillet me. Aug.*

548 DOCTRINA ET MIRACULA

Aug. 2. qq.
Eu. c. 45.

Quantò certiores esse debent qui Deum perseveranterrogant fontem iustitiæ atque misericordiæ, cum apud iniquissimum iudicem usque ad effectum implendi desiderij valuit perseverantia deprecantis.)

3. Ait autem Dominus: Audite quid Iudex iniquitatis dicit; Deus autem non faciet vindictam electorum suorum: clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum: Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem

Aug. tr. 36. in terra? Augustinus, Ergo ut oremus de v. Dom. credamus; & ut ipsa fides non deficiat sec. Luc. quâ oramus, oremus: fides fundit orationem; fusa oratio, fidei impetrat firmitatem.)

LIV.

Phariseus & Publicanus. Luc. 18. 9.

Dom. 10.
post Pentec.

1. Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, unus Phariseus & alter Publicanus: